



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

69. An non obstante Conc. Trid. Regulares teneantur se subiicere examini
Episcoporum quoad confessiones audiendas? Et inter alia, quæ circa hoc
in textu huius Resolutionis discutiuntur, etiam ex ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

probationem pro una hebdomada, vel pro centum perlonis; que omnia essent in fraudem privilegiorum Regularium, ut constat. Quando autem sit de facto iusta causa ad apponendas eiusmodi limitationes, hoc arbitrio, & conscientiae Episcopi relinquimus: dicimus autem, siue iuste siue iniuste apponantur obseruandas omnino esse, quia ille Sacerdos reuera non est approbatu ab Episcopo pro tali tempore, vel ad tales confessiones, quae approbatio necessaria omnino est ad valorem absolutio- nis post Concil. Trident. Huc usque Lugo, & iterum ego.

7. Et ad omnium supradictorum confirmationem, vide Lambert. in 3. part. D. Thom. tom. 3. de penit. disput. 21. artic. 4. cuius verba per extensum alibi adduxi: Et ne deferas omnino videre Bariolam confil. 1. per totum, ubi nostram opinionem firmat contra Patrem Brunum, & respondet ad argumenta contraria, & Mendo in Bulla Cruc. disp. 22. c. 10. n. 102, sententiam Brunii falsam appellat; verum sententiam Brunii tenet nouissime Leander a Murcia in Reg. S. Francisci. q. 8. c. 7. n. 18. ubi etiam, num. 14. docet, Episcopum non posse approbare Regulares absque iusta causa ad tempus, vel ad certas personas, & num. 17. sic ait; [Prouable es, que los señores Obispados no pueden limitar a los Religiosos la approbacion, y jurisdiccion, solo por la edad; Así lo tienen Vega in summa, tom. 1. capit. 62. cas. 7. pag.

576, in principio; y Villalobos ubi supra num. 2. y muchos hombres doctos de la Compañía de Iesús, consultados en el caso: la razon es, porque en todos los Obispados se da un Beneficio curado a un Clerigo de 24. años sin limitacion alguna; y por el consiguiente puede confessar mugeres, no ostante que no tenga 40. años; luego no pude auer razon, ni causa iusta para que le limite la licentia a los Religiosos por este respeto, pues se deue presumir dellos mayor virtud.] Ita illi; sed hoc est contra Praxim Romanam, & aliorum locorum.

RESOL. LXIX.

An non obstante Concilio Tridentino Regulares teneantur se subiictere examini Episcoporum quod Confessiones audiendas?

Et inter alia, que circa hoc in textu huins Resolutionis discipiuntur, etiam ex Sacra Cardinalium Congregatione docetur Prelatos Regulares, seu alios Religiosorum Confessores posse audire confessiones Sacularium, qui sunt de familia, aut alias deserviant Monasteris, si tamen sint continuos commensales absque licentia, seu approbatione Episcoporum.

Et etiam queritur, an Prelati Regulares ex Tridentino cogendi sint ad examen, & approbationem Episcoporum ad audiendas secularium Confessiones? Ex p. 11. tr. 2. & Misce. 2. Ref. 12.

Sup. hoc supra in Ref. 4. cursum. in §. Decimus quartus, sed legi ibi doctrinam à §. Hoc superponit.

§. 1. N egarium sententiam sustinet Pater Bruno de Priu. Reg. tr. 5. c. 2. propos. 1. Firmat enim Extrang. Bonifacij VIII. super Cathedram, non esse a Tridentino revocatum: nec etiam Clem. Dudum, nec Extrang. Frequentes in quibus ne quidem verbum de approbatione, & examine Episcopi mentio fit, sed tantum de sola admissione ab Episcopo, aut licentia ad confessiones audiendas: ergo cum illae Constitutiones non requirant in Regulari Episcopi exaudient, & iudicium de capacitate, seu approbationem, sed tantum presentationem cum humili petitione licentia, ad confessiones audiendas, illa ne-

quaquam requiriunt. Quod manifeste probatur ex declaratione per Pium V. illius cap. Trid. facta per Bullam quæ incipit. Et si Mendicantium. In qua interpretatur, Mendicantes non comprehendunt sub illo capite, his verbis, quod verò in ref. 23. cap. 15. circa confessiones audiendas statuitur, hoc etiam dictorum Ordinum, videlicet Mendicantium. Frates à prefatis suis Generalibus, vel Ministris Provinciis ad audiendas confessiones virilisque sexus si deluum approbatos, ut praemittitur, minime comprehendunt. Quid clarum? Verum vt vis huius declarationis perfectius dignificatur, notandum est, quod Pontifex illam facit, respondendo quare Mendicantium ad ipsum delata tenoris sequenti: Quod quorundam locorum Ordinarij quoddam Regularios, probos viros, & idoneos, etiam a suis Superioribus approbatos ad confessiones audiendas admittentes nullo modo volunt. Quibus vides, Mendicantes conqueri, quod Ordinarij prætextu Tridentini in pratum sensum detorū (ut verbis illius Bullæ vt) cogebant mendicantes ad approbationem recipiendam, aliquoquin illos non admulsi, viantes in hoc ius commune, quod disponit, approbationem Regularium Praelatorum, & praemittitam Regularis per eosdem factam, sufficere, ut illis præfatis Ordinarij illum sic præsentationem ad confessiones audiendas admittant. Quam sententiam sustinere cogunt illi, qui Clementinam, Dudum, & Bullam Leonis, &c. in Concilio Lateran. edam, inchoatan, Sacro approbante Concilio, sustinent non esse revocatas. Ita illi, qui postea responderunt ad aliqua argumenta, & tandem sic afferunt; Quod si infes, ex omnibus superioris conclusi sequi, Regularis omnes ab approbatione, & examine esse exemptos; cum in Priuilegiis Mendicantium participant; ac proinde decretum Tridentini suo effectu, sicut etiam illud Lateranensis, priuari. Respondebitur, plurime Conciliorum decretis absque effectu exire, ut quia non promulgata, aut recepta; aut quia sive contrario, vel prívilegio abrogata: cuius generis haec decretta existunt, quæ per prívilegium contrarium, aut per confirmationem prívilegiorum, & Clementinam Dudum, abrogata sunt, quibus prívilegiis, ut alibi ostensum est, ac Clementina predicta potuntur non Medicantes, quod aduersarij minime negare possunt: cum in vim illius postulent quam funeralem, & alia tum à Mendicantibus, tum à non Mendicantibus; cum tamen non sit extensa in terminis nisi ad folios Dominicanos, & Minoros: & postea per Ioannem XXII. ad Augustinianos, & Carmelitas. Nec obest huins prívilegij non sive, quia ut sapientis dicitur est, non quilibet non sive derogat prívilegio, præferunt si ille non sive sit tantum secundum quid voluntarius: videlicet non offendit Prelati; & quia minus malum, id est magis eligibile videtur non ventribus, quam examinis experimente ferre; & approbationem recipere, quam Episcopos exacerbare: dummodo neque tacite, & virtuiter neque expressè, & formaliter contineat actum in substantia, vel forma repugnante dispositio legis, inquit etiam repugnantem, ut proxime dictum est, contineret, non derogaret ex iudicis ab Eugenio IV. concessis, Bulla quæ incipit Regularem vitam, & alia inchoata, Ex Apostolica Sedis, &c. ut probauimus in primo Tractatu.

2. Quod autem torrens Doctorum sit contraria sententia, nihil obstat, nam vel plurimi illorum prívilegia non legerunt, aut non satis examinarunt, vel forsitan approbationis nomen pro admittance usurparunt. Nos verò pro nostra sententia habemus præmemoratam declarationem Pontificiam, & mel-

De Dubiis Regularium. Ref. LXIX. 47

tos graues Doctores, Nauarrum in *Mannali capit.*
27. numer. 265. & 266. Rodericum in *Bulla Crucis*, §. 9. num. 10. & 15. graues Doctores à Dia-
ma citat. 3. part. tract. 2. de *Dub. Regular. resolut.* 24.
qui omnes existimant per illud Decretum Tridenti-
ni non esse revocatae Clementinam *Dudum*, & ex
consequenti nostram sententiam sustinere cogi-
tur, cum Clementina non postulet examen, & ap-
probationem Episcopi. Huc vñque Pater Bruno,
qui tamen consuit Regularibus, ne approbationem & examen Episcoporum recusent; & subdit
tamen, tria, posita obligatione, ad examen certissi-
ma esse. Primum, posse Sacerdotem Regularem
audire confessiones Secularium, qui sunt de familia
fuit Conventus; absque approbatione, & licentia
Episcopi, ex privilegiis, quæ multa quoad hoc sunt.
Quod etiam Congregatio Cardinalium declarauit
explicando dictum *Canon. 15. sectio. 23. his ver-*
bi. Sacra Congregatio censuit, prefatos Regulares,
feu alios Religiorum Confessores, posse audire
confessiones Secularium, qui sunt de familia, aut
alias deferuunt in corum Monasteris, si tamen sint
continui commeniales, absque licentia, seu appro-
batione Episcoporum.

3. Secundum, quod certissimum est, Confessorum Regularium prauio examine Romæ à Vicario eiusdem Urbis ad confessiones audiendas approbatum, non debet extra Romanam exanimari à locorum Ordinariis, si in illis Confessiones audire voluerit; sed sufficere præsentationem eius Rome habitant, & ab eisdem Ordinariis petitionem licentiae; Sic concessus Sextus V. Congregationi Oratori Sanctorum in Valieella 1586. nonis Septembbris, ut haberet apud Quarantam in *Summa Bullarij*, titul. *Confessor.* & tenet Marcellinus. à Sancto Benedicto, verbo *Confessor. 59.*

4. Tertium, quod licet Prælati Regulares existent, Tridentina cogendi essent ad examen, & approbationem ad audiendas confessiones, priuilegio tamen Caffinenibus per Sextum IV. concessò eximenteretur quod fit illis facultas, ut possint audire confessiones omnium ad eos vindicatae accedentium, & illos absoluere, etiam si locorum Ordinariis ad id examinati, & approbati non fuerint: quam facultatem refert Jacob de Graffis in *suo lib. Confil. const.* 4. de *panit. & remiss. num. 6.* & Marcellinus à Sancto Benedicto, verbo, *Absolutio quoad Monachos*, illamque asserit esse in viu apud Caffinenes, & à Paulo V. confirmatam. Et hæc omnia docet Bruno *citato.*

5. Sed ego aduersus illum contraria sententiam sustinendam esse puto, vnde reliquendo nomina omnium Doctorum, apponam hic tauitum verba Patri Mendo in *Bull. Cruc. disp. 22. cap. 2. num. 43.* vbi sic fit: Opposita opinio est contra fidelium sensum, Ecclesiæ proxim, & Tridentini mentem, cum enim Tridentinum apposuit ea verba; Nullus Sacerdos Secularis, vel Regularis, &c. aliquid nouum statuite Regulares, alias nequitam illos expressisset: Vnde hæc lex Tridentini correctoria est primæ legis: ac per primam legem tenebantur Regulares se susterre Episcopo, solumque eis concedebatur, vt si non admitterentur ab Episcopo, pro admisisse censerentur, ignorare hoc ultimum per Tridentinum corrigitur, sive exprimitur in verbis prædictis, ut quantumvis esset ius commune, revocatum extinxerit, aliquoquin non esset, in quo verificarentur ea verba Tridentini, Illus ex Regularibus, cum ferè nullus, aut nullus priuilegio illo per concessionem, aut per communicationem non frueretur. Nec obstat in hac reuocatione Tridentini non fieri mentionem illius primæ

legis; nam satis exprimitur revocatio, & lex posterior vim habet corrigiendi priorem; Et si eius mentionem non faciat cap. 1. & 2. de *confit. in 6.* Praetera nihil de iure antiquo corrigitur, cum in eo non esset quid flatum circa approbationem Episcoporum; quippe solùm decernebatur, vt Mendicantes praesentarentur Episcopis, ad hoc vt eis concederent iurisdictionem absoluedi, qd si eam negarent, pro admisisse censebantur Mendicantes, quia eis Pontifex tunc iurisdictionem largiebatur. Per Tridentinum autem nihil circa hoc est innoutum, sed additum est, vt approbatione indigent, supra quam iurisdictione adueniat, in approbatione autem, nec per Tridentinum, nec per ultum aliud ius concedit id priuilegium Mendicantibus, vt si Episcopus approbare nolit, censeantur pro approbatis, atque equidem eo priuilegio erat opus, vt approbati censerentur, sicut erat opus priuilegio supradicto, vt censerentur iurisdictione fungentes calu quo Episcopus illam ipsis denegat.

6. Episcopus tamen limitans, atque negans abs-
que iusta causa Mendicantibus approbationem pec-
cat contra ius, quod ipsi habent ad audiendas con-
fessiones, nec causa iusta erit reputanda, quod sint
1. tr. 3. Ref. & in to.
24. à §. Quæ-
cum ad quemque eventum Regularis illud ius ex & in tom. 3.
tit. 1. Ref. 38.
illibatum seruare ex cap. quando amplius de priuileg. 5. Secundus casus. Et pro
parte limitationis dictæ licentia in
Refseq. & in
aliis eius an-
not & in Ref.
4. huius not.
5. probatur.
in Extravaganti super. *Carbedram de sepulturis*, vbi
conceditur, quod postquam Generalis, vel Provin-
ciales peterent facultatem ab Episcopo ad eligendos
Confessarios, & electos Episcopo præsentarent: si
tamen Episcopus eos nollet admittere, habentur
pro admisisse, Pontifice eos ex tunc admittente:
Quod Clemens V. in Concilio Vienensis, relato in
Clementina *Dudum*, de sepulturis, de novo confir-
mavit, ablata quadam magis ampla concessione Be-
nedicti XI. quæ habetur in extraunganti, inter cun-
etas, de priuilegiis, Quare Nauarrus in summa cap.
27. num. 264. & 265. existimat, etiam post Tridentinum durate hoc priuilegium & sufficere licentiam petitan, etiam si negetur: quia illud priuilegium concessum in duobus Concilis generalibus, & contentum in corpore iuris, nondum videtur sufficieret revocatum; quam sententiam sequuntur alii non pau-
ci moderni, quos refert Diana tom. 2. tract. 2. de
dub. reg. resolut. 24.

8. Hæc Nauari sententia communiter reiicitur, & merito, quia est contra sensum fidelium, & contra proximam Ecclesiæ, & mentem Concilij Tridentini, in quo procu-dubio intentio fuit reformandi has Regularium facultates; & idem dictum fuit, *Nullus Sacerdos Secularis, vel Regularis, &c. potest: Non obstantibus quibuscumque priuilegiis: aliqui que liceret adhuc Regularibus audire Confessiones, licet Episcopus ex iusta causa approbationem negaret;* cum in illo priuilegio solum requiratur, quod se Episcopo præsentent: quod tamen nemo concedit. Vnde hanc communem sententiam tenet Suarez in *prefanti. disp. 28. sect. 5. num. 13.* Valsquez 9. 93.
art. 3. dub. 3. Cominch. *disp. 8. dub. 7. num. 58.*
Fillius 1. tom. tract. 7. c. 9. num. 257. & alii
multi, quos refert Diana loco citato.

9. Ad illud erga antiquum priuilegium respon-
dente

5. op. hoc in
qua uor pre-
cedentibus
Ref. & in to.
24. à §. Quæ-
cum ad septimo.
tit. 1. Ref. 38.
5. Secundus casus. Et pro
parte limitationis dictæ licentia in
Refseq. & in
aliis eius an-
not & in Ref.
4. dñs. verum.
& seqq. sicuti
tit. 1. Ref. 38.
5. probatur.
& in aliis
conceditur, quod postquam Generalis, vel Provin-
ciales peterent facultatem ab Episcopo ad eligendos
Confessarios, & electos Episcopo præsentarent: si
tamen Episcopus eos nollet admittere, habentur
pro admisisse, Pontifice eos ex tunc admittente:
Quod Clemens V. in Concilio Vienensis, relato in
Clementina *Dudum*, de sepulturis, de novo confir-
mavit, ablata quadam magis ampla concessione Be-
nedicti XI. quæ habetur in extraunganti, inter cun-
etas, de priuilegiis, Quare Nauarrus in summa cap.
27. num. 264. & 265. existimat, etiam post Tridentinum durate hoc priuilegium & sufficere licentiam petitan, etiam si negetur: quia illud priuilegium concessum in duobus Concilis generalibus, & contentum in corpore iuris, nondum videtur sufficieret revocatum; quam sententiam sequuntur alii non pau-
ci moderni, quos refert Diana tom. 2. tract. 2. de
dub. reg. resolut. 24.

Quæ hic est
sup Ref. 5.

dent Suarez, & alij, revocatum esse in Tridentino; quia cum decretum etiam Tridentini sit lex Conciliaris, & Pontificalia quae vim habet corrigiendi superiori legem, etiam in iure continetur, & licet non fiat specialis mentio illius, quando verba posterioris legis hoc requirunt, ut confat ex cap. 1. & 2. de constitut. lib. 6. &c in nostro casu lex illa Tridentini nullius effet momenti pro Regularibus, nisi revocatum effet antiquum priuilegium. Facilius fortasse responderi potest cum Valsquez, & aliis, non fuisse necessarium, quod illud priuilegium antiquum revocaretur, quia illud solum erat in ordine ad iurisdictionem, ad quam obtinendam ab Episcopo ipso presentabantur Religiosi, quibus si Episcopus nobiliter iurisdictionem concedere, Summus Pontifex illam concedebat. Hoc autem non est revocatum, quia Pontifex iam illam concedit, & concessit multis Religionibus independentibus ab eo quod concedatur ab Episcopis Tridentinum vero addidit conditionem requisitam ex parte Sacerdotis, ut ei iurisdictione concedi intelligatur, seu, ut sit idoneus ad hoc, et si eius à Papa, fuit ab aliquo alio iurisdictione delegatus, nempe approbatio Episcopi, quae si non praecedat, Papa protestatur, se ex indispositione subiecti non concedere ei iurisdictionem, quae conditio introducta fuit de nouo à Concilio Tridentino, & circa eam non habent Religiosi eiusmodi priuilegia. Ita Lugo.

10. Qui postea subdit sententiam P. Bruni desumptam ex Nauarro, etiam probabilis esset; ad proximam tamen parum, aut nihil posse conducere; quia facultas illa Praelatis Regularibus concessa exponendi ad confessiones eos, quos praesentatos Episcopus nollet acceptare; concessa quidem fuit cum multis limitationibus, quae habentur in d. Clem. Duxum, de sepulturis, praesertim, quod renuente Episcopo aliquem ex sibi praesentatis admittere, Praelatus Regularis alium illius loco debeat subrogare. Item quod non plures praesententur Episcopo, quam sint necessarii: Sed numerus, inquit personarum affundendarum ad huiusmodi officium exercendum, esse debet prout universitas Cleri, & populi, ac multitudine, vel paucitas exigunt eundem. Quia limitatio, licet solum procedat quod priuilegium ibi concessum, & non de facto, quia de facto Religiosus idoneus iuri haberet, ut approbetur, licet non sit necessarius, ut supra vidiimus; Qui tamen volunt uti priuilegio illius Clementina, deberent illo uti cum illa limitatione ibi posita. Potest autem Episcopus semper, aut ferè semper dicere se nolle approbare illos Regulares; quia pro numero penitentium illius loci, non sunt necessarii plures pro nunc: cuius contrarium in praxi probare difficultissimum erit, atque adeo in praxi non video quomodo possit utilis esse illa sententia cuius assertio aliunde non deseritur, nisi ad irritandos, & acerbando Episcoporum animos contra personas Regulares. Ita Lugo. & ego.

Sup. hoc supra post medium, §. Quod autem, (ne dicam amplius) existimat, post Decretum Clemens VIII. & Innocentij X. & quod primum in aliis eius etiam ante dicta Decreta contra Brunum tenuit Ioannes Propositus in 3. part. q. 8. dub. 2. n. 7. qui adducit responsonem Cardinalium, & ita etiam docet Pater Mendo vbi infra n. 31. & Suarez de relig. tom. 4. tr. 10. l. 9. cap. 4. num. 18.

Sup. hoc supra in §. Secundum hunc etiam Responsum, & in alio eius annos, Confessario Regulari praevo examine Romæ à Vicario Virbis approbat, &c. Respondeo cum Eminentissimo Cardinali Lugo de patet. dis. 21. scđ. 2. numero 29. vbi sic ait: Aliqui fortasse pretendebant per communicationem, le habere tale priuile-

gium, ut semel approbati in Urbe à Vicario Papa, conferentur approbati in toto orbe absque novo examine. Quod quidem priuilegium, ego nunquam apud aliquem Ordinem inueni: apud Congregationem vero Oratori de Urbe, de qua rumor sparsus fuit, inueni Bullam Sixti V. quam referat ad literam Antonii Naldus Clericis Regularis in summa verbis Confessio, numero 39. in qua inter alia priuilegia, pro quorum perpetua confirmatione instabat S. Philippi Neri, era hoc, ut approbati in Urbe, non indigerent alia approbatione extra Urbe; quod quidem concessit Sixtus V. sed talibus verbis, quibus gratia redditur ferè inutilis, nempe ut semel praevo examine in Urbe approbati, possint absque alio examine audire vbique confessiones, de consensu Ordinationis. Ita Lugo.

13. Et tandem ad tertium corollarium Brunus quod certissimum putat, nempe Superiores Regulares posse excipere secularium confessiones ab ipsius approbatione, & examine Episcopi, ego contrarium futurum esse puto, & ita hanc sententiam, mea citato, communem, & veram putat Cardinalis Lugo de Sacram. Patet. dis. 21. scđ. 1. num. 10. ut ego alibi contra aliquos satis probavi, & ita etiam me citato tenet nouissime Andreas Mendo in Bell. Cruc. dis. 2. cap. 2. num. 30. & me citato Joannes Dicastillo de Sacram. tom. 2. tract. 8. disputatione 10. dub. 2. num. 264.

RESOL. LXX.

An Episcopi possint ex ista causa approbare Religiosos ad audiendas Confessiones limitatae, v.g. ad viros, non ad foeminas? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 25.

§. 1. **A** Firmatius respondeo cum Fagundez precept. 2. lib. 7. c. 2. n. 1. & Doctoribus citatis in superiori resolutione pro prima sententia.

2. Sed his non obstantibus minime granabor hic apponere verba Henrici Villalobos in sum. tom. 1. tr. 9. diff. 53. n. 2. sic afferuntur. [Haciendo justa causa puede el Obispo no solamente limitar a los Religiosos la licencia de confessar quanto al tiempo, sino tambien quanto a las personas, como si por falta de scientia limitase, que no confessassen mercaderes. Lo mismo disen esto DD. que puede hazer Obispo por falta de edad; limitandoles, que solo confesen hombres, y no mugeres, hasta que tengan quarenta años. Mas lo contrario es probable, y lo puede seguir seguramente, que ansi lo tuvieron hombres de distimos de la compaňia, que fueron consultados a cerca desto, lo qual lleva gran camigo, mayormente que a penas parece que se puede dar caso, en que esto sea justificado, y es menester para ello que avra causa justa. La razon es, porque en todos los Obispados, se da un beneficio curado a un Clerigo de veinte quatro años sin limitacion ninguna, y por el siguiente puede confessar mugres, no obstante que no tenga quarenta años, luego no puede haber razon para que se limite la licencia a los Religiosos, por esto responso, pues se deve presumir de los mayor virtud.] Ita Villalobos, & ante illum Vega in sum. tom. 1. c. 6. 2. cap. 7. quem potest citare, & sequitur Portel. in dubiis Regul. vñ. Confess. 3. Vide etiam Peyrinum de Relig. sub tom. 1. q. 1. c. 21. §. 2. & Zanardum in direct. Theol. p. 1. de Sacram. Patet. cap. 1. fol. 296. Verum praxis Episcoporum est in contrarium, nam limitant Regularium confessiones ad viros, & non ad foeminas.

RESOL.